

deklaratione incurrenda, apostolica auctoritate, tenore presentium interdicimus, & prohibemus.

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac ipsius Congregationis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, ut presentis prohibitionis copia in valvis singularum dictae Congregationis Bibliothecarum, vel illarum aliquo alio perspicuo loco, ubi ab omnibus commode cerni, legique possit, continuo affixa remaneat, quodque presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiasticae constitutae munitis, eadem prorsus ubique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 25. Martii 1642. Pontificatus nostri Anno XIX.

DCCIII.

Pro Capitulo, & Canonicis Majoricensibus, quod contra ipsos ab Inquisitoribus Majoricensibus procedi non possit, nisi in causis fidei.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Cum sicut dilecti filii Capitulum, & Canonici Ecclesiae Majoricensis, Nobis nuper exponi fecerunt, Inquisitores Officii Inquisitionis Majoricensis iactent, se posse contra dictae Ecclesiae Canonicos in quavis civili, criminalique causa, etiam fidei materiam nullatenus concernente, si ve ab ea minime dependente procedere, ac de facto contra unum ex dictis Canonicis ad quaedam praecpta, & censuras in causa civili potius, quam criminali devenierint, proptereaque ipsi Capitulum, & Canonici determinari cupiant, an contra ipsos a praefatis Inquisitoribus, ut praetendunt, extra causam fidei procedi possit.

§.2. Nos eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus, illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in universa Republica Christiana adversus

haereticam pravitatem generalium Inquisitorum a Sede Apostolica specialiter deputatorum, qui negotium huiusmodi visis citationibus factis, & intimatis quondam Aloysio de la Infantas Agenti Inquisitionis Hispaniarum, sive Majoricensis, necnon repetitis plurium mensium dilationibus illi concessis, ut jura Inquisitionis Hispaniarum, sive Majoricensis deduceret, mature discussissent; Nobisque retulerunt, consilio Inquisitores Majoricensis huiusmodi non posse procedere contra Canonicos dictae Ecclesiae, nisi pro causis fidei, vel dependentibus ab eis, apostolica auctoritate, tenore presentium determinamus, & declaramus; Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.3. Quocirca Venerabili Fratri Episcopo Majoricensi, ac dilectis filiis Decano, et Thesaurario Ecclesiae Majoricensis per praesentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes Literas, et in eis contenta quaecumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipsorum Capituli, et Canonico fuerint requisiti, solemniter publicantes, & illis in praemissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant auctoritate nostra praesentes nostras Literas debite executioni demandari, et observari, ipsosque Capitulum, et Canonicos contentorum in eisdem nostris Literis, aliorumque praemissorum commodo, et effectu pacifice frui, et gaudere, non permittentes eos desuper ab ipsis Inquisitoribus Majoricensibus, et quibusvis aliis quavis auctoritate fungentibus quovis pretextu quomodolibet indebite molestari; Contradictores quoscumque, et praemissis non parentes per censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, Ecclesiae, & Officii Inquisitionis Majoricensis huiusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo

Contrarium derogatio.

Transumptis etiam mandata.

Datum die 25. Martii 1642. An. XIX.

Supplicatio.

Mandat prout in Rubrica.

Clausulas ad. dit.

Executores deputat.

Contrariis derogat.

nulo Piscatoris, die ultima Martii 1641. Pontificatus nostri Anno XIX.

DCCIV.

Quod Fratres Conventus Sanctissimi Crucifixi loci Promotorii Januensis Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis Januensis Vicario Generali eisdem Congregationis remaneant subiecti.

Vide, quae de his Fratribus indicata sunt in Const. CCLII. Romanus Pontifex. Tom. VI. Par. I. fol. 22.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Aegidius Consonius Mediolanensis Procurator Generalis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini, quod de mense Februarii proxime praeteriti a Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis regularum praepositis, inter Vicarium Generalem, & Fratres dicti Ordinis Congregationis Januensis ex una, & Fratres Conventus Sanctissimi Crucifixi loci Promotorii etiam Januensis, partibus ex altera, emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet;

Decretum.

§.2. In controversia nuper exorta inter Vicarium Generalem, & Fratres Ordinis S. Augustini Congregationis Januensis ex una, & Fratres Conventus Sanctissimi Crucifixi loci Promotorii, etiam Januensis, partibus ex altera, super observantia Capitulum, quae de anno 1610. a bon. mem. Cardinali Saulio, totius Ordinis S. Augustini tunc temporis Protector, viva vocis oraculo desuper habito, confirmata fuerunt, necnon super observantia concordiae, quae de anno 1627. inter Vicarium Generalem dictae Congregationis, & Fratres ipsius Conventus Sanctissimi Crucifixi pro bono regimine, & gubernio ejusdem Conventus, cum praesentia, & assistentia Patris Generalis totius Ordinis praefati similiter inita fuit, rebusque aliis &c. Sacra Congregatio Cardinalium negotiis regularium praeposita, auditis partibus et negotio ad relationem Eminentissimi Caesarini, semel, atque iterum mature discusso, censuit, praefatum Conventum, & Fratres Sanctissimi Crucifixi, prout ceteri ejusdem Congregationis Conventus, Vicario Generali subiectos remanere, eosdemque in habitu, disciplina, & observantia regulari cum aliis Fratribus praedictae Congregationis, in omnibus, & per omnia se conformari debere, praemissis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romae die 14. Februarii 1642. Fr. Antonius Card. S. Honuphrii. Loco t. Sigilli.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Aegidius Procurator Generalis huiusmodi decretum praesertim, quo firmius subsistat, apostolica nostre confirmationis patrocinio communiri summopere desideret. Nos eundem Aegidium Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis,

Confirmatio decreti prout in Rubrica.

§.4. Decretum praesertim, cum omnibus, et singulis in eo contentis, apostolica auctoritate, tenore presentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes illud, ac praesentes Literas valida, firma, et efficacia existere, et fore, suoque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis, quos illa concernunt, et concernent in futurum, inviolabiliter, et inconcussae observari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causatum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarium derogatio.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, et Congregationibus huiusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis, ipsis Ordini, et Congregationi, illorumque quibusvis Superioribus, Fratribus, et personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, et efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad effectum praemissorum, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die tertia Aprilis 1642. Pontificatus nostri Anno XIX.

Datum die 3. Aprilis 1642. An. XIX.

Con-

DCCV.
Confirmatio Brevis Gregorii XIII. cum
aliis clausulis ad favorem Provinciarum
Discalceatorum S. Francisci in Regnis
Hispaniarum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva.

Aliis felicis recordationis Gregorius
Papa XIII. Prædecessor noster pro
bono regimine, & felici directione Fra-
trum Ordinis Minorum Sancti Francisci
Discalceatorum nuncupatorum in Regnis
Hispaniarum per quasdam suas in simili
forma Brevis Literas inter alia ordinavit,
ut Fratres Discalceati prædicti jurisdic-
tioni, et correctioni Ministri Generalis Fra-
trum Minorum ejusdem Ordinis de Ob-
servantia nuncupatorum dumtaxat subsint,
isque in sua absentia eorumdem Fratrum
Discalceatorum gubernium alicui ex iisdem
Fratribus Discalceatis committere debeat,
& aliis prout in dictis literis, quarum te-
nores præsentibus pro expressis haberi vo-
lumus, uberius continetur.

Quid in absen-
tiam Ministri
Gen. a solis Di-
scalceatis mo-
derentur.

§.1. Cum autem, sicut accepimus,
dilectus filius Jo: Merinero modernus Or-
dinis prædicti Minister Generalis, occasio-
ne sui e Regnis prædictis in Italiam disces-
sus, gubernium Fratrum Discalceatorum
dicti Ordinis in iisdem Regnis cuidam Fra-
tri ex Observantibus, non autem ex Di-
scalceatis dicti Ordinis commiserit, licet
apud eum pro parte eorumdem Discalcea-
torum institutum fuisset, ut alicui ex ipsis
Discalceatis eorum regimen demandaret.
Hinc est, quod Nos perturbationibus, que
inde nasci possent, pro pastoralis consule-
rentes, Motu proprio, ac ex certa scientia,
& matura deliberatione nostris, deque apo-
stolica potestate plenitudine prædictas di-
cti Gregorii Prædecessoris literas tenore
præsentium approbamus, & confirmamus,
necnon ut omnes, & singule eorumdem
Fratrum Discalceatorum in Regnis Hispa-
niarum prædictæ Provincie, durante ejus-
dem Joannis Ministri Generalis ab iisdem
Regnis absentia, ab eorumdem Provincia-
rum Ministris Provincialibus, a quibus ad
Definitoria ipsarum Provinciarum appella-
ri possit, regantur, & gubernentur: ille
vero ex dictis Fratribus Observantibus, cui
dictus Joannes Minister Fratrum Discal-
ceatorum prædictorum gubernium, ut præ-
fertur, commisit, nihil plane jurisdictionis,
& auctoritatis in illos habeat, vel exer-
ceat, dictique Fratres Discalceati obedire
ei nullatenus teneantur, utque ita, & non
aliter in præmissis perpetuo observentur
quando, & quoties pro tempore existen-
tem Ministrum Generalem ejusdem Or-
dinis a Regnis prædictis abesse contigerit,
tenore præsentium volumus, statuimus,
& ordinamus.

§.2. Decernentes præsentibus literas va-
lidas, firmas, & efficaces existere, & fo-
re, suosque plenarios, & integros effectus
fortiri, & obtinere, ac dictis Fratribus
Discalceatis plenissime suffragari: Sicque,
& non aliter in præmissis per quoscumque
Judices ordinarios, & delegatos, etiam
causarum Palatii Apostolici Auditores, ac
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam
de Latere Legatos, judicari, & definituri
debere, ac irritum, & inane, si secus super
his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari. Quo-
circa dilecto filio nunc, & pro tempore
existenti nostro, & Sedis Apostolicæ in
Regnis prædictis Nuncio per easdem præ-
sentes committimus, & mandamus, ut
quando opus fuerit, & quoties pro parte
Fratrum Discalceatorum hujusmodi desu-
per fuerit requisitus, per se vel alium, seu
alios præsentibus literas, & in eis contenta
quæcumque solemniter publicans, illisque
efficacis defensionis præsidio in præmissis
assistens, faciat illa ab omnibus ad quos spe-
ctat, & spectabit in futurum, inviolabili-
ter observari. Contradictores quoslibet,
& rebelles per sententias, censuras, & pœ-
nas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris,
& facti remedia, appellatione postposita,
compescendo, legitimisque super his ha-
bendis, servatis processibus, censuras, &
pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggra-
vando, invocato etiam ad hoc, si opus
fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis de-
rogat.

§.3. Non obstantibus pia memor. Boni-
facii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri
de una, & Concilii Generalis de duabus
diets, aliisque Constitutionibus, & Ordi-
nationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis
etiam juramento, confirmatione apostoli-
ca, vel quavis firmitate alia roboratis sta-
tutis, & consuetudinibus, privilegiis quo-
que, indultis, & Literis Apostolicis in con-
trarium præmissorum quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus
omnibus, & singulis, illorum tenores præ-
sentibus pro plene, & sufficienter expres-
sis habentes, illis aliis in suo robore per-
mansuris ad præmissorum effectum, hac
vice dumtaxat specialiter, & expresse de-
rogamus, ceterisque contrariis quibus-
cumque.

§.4. Volumus autem, ut præsentium
transumptis, etiam impressis, manu alicuius
Notarii publici subscriptis, & sigillo
personæ in dignitate ecclesiastica constitu-
tæ munitis eadem prorsus fides in iudicio,
& extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis
adhiberetur, si forent exhibite vel ostense.
Datum Romæ apud S. Petrum, sub
Annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1642.
Pontificatus nostri Anno decimonono.

Datum die 8
Aprilis 1642.
An. XIX.

Deputatio

DCCVI.

Deputatio Collectoris spoliarum ad R.C.A.
spectantium in Principatu Cathalonie,
ac Comitatus Rossilionis, & Ceritanie.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili salutem, & apostolicam be-
nedictionem.

Exordium.

De tua prudentia, fidelitate, & diligen-
tia, necnon probitate firmam spem
in Domino concipimus, quod ea, que
tibi committenda duxerimus, solerti, &
fidei studio exequeris.

Nuncio Apost.
impedito quo-
minis redditis
ad C.A. spectan-
tes exigat.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus di-
lectus filius noster, & Apostolicæ Sedis in
Regnis Hispaniarum Nuncius, & generalis
fructuum, reddituum, proventuum, anna-
tarum, spoliarum, censuum, & aliorum
introitus Camera Apostolicæ debitorum
in Regnis prædictis Collector in Oppido
Madriti residens Officium Collectoris hu-
jusmodi, in Principatu Cathalonie, & Co-
mitatibus Rossilionis, & Ceritanie, ob vi-
gentes illic ad presens bellorum motus, im-
peditumque commercium exercere non
possit, nec computa, & rationes Subcolle-
ctorum ad eo, ac aliis deputatorum reve-
dere potuerit, nec possit, unde grave ei-
dem Camera provenit detrimentum.

Urbanus alium
deputat Colle-
ctorem.

§.2. Hinc est, quod Nos ejusdem Ca-
meræ indemnitati in præmissis, pro debito
pastoralis officii nostri consulere volentes,
motu proprio, & ex certa scientia, & ma-
tura deliberatione nostris, deque apostoli-
cæ potestatis plenitudine te in Principatu,
& Comitatus prædictis generalem fructuum,
reddituum, proventuum, Anna-
tarum, spoliarum, censuum, & aliorum
introitus Camera prædictæ debitorum,
Collectorem, & Receptorem, ad nostrum,
& Sedis Apostolicæ beneplacitum tenore
præsentium facimus, constituimus, & de-
putamus, cum facultate omnes, & singu-
los alios in Principatu, & Comitatus præ-
dictis hætenus deputatos Subcollectores, ac
dictæ Camera in præmissis Officiales, &
Ministros revocandi, prout Nos tenore
præsentium omnes, & singulas concessio-
nes, eis super officii Collectorie, ac Sub-
collectoriarum hujusmodi hætenus factas,
auctoritate apostolica, tenore præsentium
revocamus, & ab eorum officii amove-
mus, ac Tibi per te, vel alium, seu alios
Clericos dumtaxat fide, & facultatibus
idoneos nostro, & dictæ Sedis nomine a
quibuscumque Capitulis, Collegiis, ac Con-
ventibus Ecclesiarum, & Monasteriorum
quorumlibet, aliisque personis ecclesia-
sticis quomodolibet qualificatis, etiam in-
dividua mentione dignis secularibus, &
quorumvis Ordinum Regularibus exem-
ptis, & non exemptis, etiam heretica
pravitate Inquisitoribus, necnon laicis qui-
buscumque, etiam Ducibus, Marchionibus,
Comitibus, Principibus, aliisque su-
blimioribus nobilibus, Communitatibus,

Cum facultate
alios substituere
di.

& Universitatibus Communitatum, Castro-
rum, Villarum, Terrarum, & aliorum lo-
corum quorumcumque, in Principatu, &
Comitatibus prædictis consentium, om-
nia, & singula pecuniarum summas, fru-
ctus, redditus, proventus, jura, res, cen-
sus annuos, & bona alia cujuscumque ge-
neris, & speciei, etiam confiscata fuerint,
Nobis, & dictæ Camera, ac S. R. E. in
dictis Principatu, & Comitatus, eorum-
que Civitatibus, & locis quibuscumque,
quacumque ratione, vel causa hætenus
debita, & imposterum debenda, seu ad
Nos, vel Camera, ac Romanam Eccle-
siam prædictas titulo annatarum, & spo-
liarum pro rata temporis Ecclesiarum, Se-
de Vacante nunc, & imposterum pertinencia,
aut aliis quomodolibet spectantia qua-
cumque, quocumque, & quacumque
fuerint, communibus, & minutis servitiis
dumtaxat exceptis, petendi, recipiendi,
& recuperandi, ac solventes de receptis, &
solutis quietandi, liberandi, & absolven-
di rationes quoque, & computa a quibus-
cumque Subcollectoribus, & Receptoribus,
aliisque Officialibus, & Ministris Officii
Collectorie, ac Ecclesiæ, & Camera hu-
jusmodi in Principatu, Comitatus, Civi-
tatibus, & locis prædictis, seu aliquibus
earum hætenus quacumque auctoritate
deputatis, & dicto beneplacito nostro du-
rante, deputandis, & aliis personis in qua-
rum utilitatem negotia Ecclesiæ Romanæ,
& Camera eorumdem concernunt, audien-
di, & examinandi, seu exigendi, ipsosque
ad te si necesse fuerit cujuscumque gradus,
ordinis, & præminentie fuerint, etiam si
pontificali, aut quavis alia polleant digni-
tate, auctoritate nostra per censuras eccle-
siasticas, per te nominatim insignendas, vo-
candi, & per honorum suorum sequestrationem,
& arrestationem personarum, alia-
que juris, & facti remedia omni, & qua-
cumque appellatione postposita cogendi, &
compellendi, ac contradictores quoslibet,
& rebelles, ac tibi in præmissis non paren-
tes per easdem censuras, etiam, ut præ-
fertur, insignendas, sequestrationem, & ar-
restationem, & alia remedia prædicta,
etiam appellatione, ut præfertur postposita
compescendi, necnon excommunicationis,
& alias sententias, censuras, &
pœnas ecclesiasticas similiter, ut præfertur
insignendas in eos, & alios Jura Ecclesiæ, &
Camera Apostolicæ prædictæ debita non
solventes per te, vel personam hujusmo-
di, aut alium, seu alios tuo, dictæque Ca-
meræ nomine latas, & promulgatas, si eo-
rum contumacia id exegerit, quoties opus
fuerit, & iteratis vicibus aggravandi, nec-
non contra quoscumque sibi, & tuis Offi-
cialibus injuriantes, suos Officiales impe-
dientes, aut negotia dictæ Camera dire-
cte, vel indirecte, publice, vel occulte
perturbantes, eadem auctoritate proceden-
di, & si necesse fuerit, ipsos ad com-
paren. coram nostro, & S. R. E. Camera-
rio infra competentem terminum, per te
illi s præfigendum, citandi, & brachii secu-
laris

Aliisque feud.
tibus necesse
est, & opportu-
na.

Juris auxilium invocandi, sententias quoque excommunicationis, suspensionis, & Interdicti contra inobedientes, contumaces, & rebelles, tam per Prædecessores tuos inibi Subcollectores, & eorum Substitutos, quam per personas hujusmodi a te pro tempore deputatas, & deputandas latis, & ferendas cum ad obedientiam debitam venerint tollendi, & suspendendi, ipsosque injunctis tamen eis pro modo culpe poenitentia salutari, seu aliis quæ injungenda tibi benevisa fuerint, in forma Ecclesie consueta, satisfacto prius de his, in quibus dictæ Camera tenebantur, aut præstita, & recepta de satisfaciendi idonea cautione, vel obligatione, dicta auctoritate absolvendi, & cum eis super irregularitate, si quam Missas, & alia divina officia, non tamen in contemptum Clavium celebrando, vel illis se immiscendo contraxerunt eadem auctoritate illis prius ad tempus de quo tibi, seu personæ prædictæ videbitur ab executione suorum Ordinum suspensionis dispensandi, necnon unam, vel plures personas ecclesiasticas cum simili, vel limitata facultate, ac cum solitis honoribus, oneribus, ac ad nostrum, & tuum nutum amovibiles, ubi tu commode adesse non poteris, nec non etiam Advocos, Procuratores fiscales, & Notarios ad id opportunos deputas. & alia in præmissis omnibus, & singulis necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi, necnon spolia, bona, redditus, obventiones, & fructus Episcopatum, Archiepiscopatum, & aliarum quarumcumque Ecclesiarum vacantium cum interventu tamen Procuratoris Fiscalis Generalis a nostro, & S. R. E. Camerario pro tempore in illis partibus deputati componen. transigen. locan. & arrendan., literas quoque monitoriales generales contra occultantes, seu scientes, & non revelantes bona, res, Jura, actiones, & alia quæcumque bona ad Ecclesiam, & Camera prædictas quomodolibet spectant. decernendi, ac tam super prædictis, & aliis quibusvis rebus occultis indebite acquisitis a quibusvis personis sive familiaribus, domesticis, consanguineis, affinis Episcoporum, Archiepiscoporum, ac Religiosorum extra claustra decedentium, quam etiam super fructibus quorumcumque Beneficiorum, ac rerum ecclesiasticarum indebite perceptis, ex causa Simonie, Confidentie, Irregularitatis, & cujusvis alterius causæ, ac super aliis rebus, quæ ab occupatoribus restituentia, vel adimplenda forent si detecta, & occulta non essent componendi, & transigendi, absolutionem, & dispensationem, & quamvis aliam canonicam provisionem partibus in utroque foro suffragantes conceden., necnon delatoribus. & revelatoribus quartam, tertiam, vel aliam partem tibi benevisam omnium rerum prædictarum assignandi, relaxandi, constituendi, & quæ bona sunt Pontificalia, ne a Capitulis indebite de facto occupentur decidendi, Insuper quascumque crimina-

les, civiles, matrimoniales, & beneficiales meras, & mixtas causas, ecclesiasticas, & profanas, & aliàs ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in prædictis Principatu, & Comitibus præterquam in prima instantia, nisi per appellationem ab irreparabili gravamine, seu sententia vim definitiva habente tam per viam recursus, & simplicis quærelæ, quam etiam quarumcumque appellationum a quibuscumque Judicibus ordinariis, ac etiam a Sede Apostolica delegatis interpositarum, & dicta Collectoris, & Judicis hujusmodi deputatione durante, interponendarum vigore, & aliàs pro tempore quomodolibet devolutas, motas, & movendas cum omnibus eorum incidens, emergens, & dependent. connexis, & annexis etiam summarie, simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura Judicii sola veritate inspecta, terminisque substantialibus unico contextu servatis, vel etiam illorum loco præfixo termino arbitrio tuo cognoscendi, audiendi, & sine debito, prout Juris fuerit terminan. & ad hunc, cæterorumque contingentium effectum, quoscumque, etiam per edictum publicum confitito prius etiam summarie, & extrajudicialiter de non tuto accessu citandi, & monendi, eisque, ac etiam quibusvis Judicibus, cæterisque personis quatenus, & quoties opus fuerit, etiam per simile Edictum, ac etiam sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, necnon pecuniariis tuo, vel delegatorum tuorum arbitrio moderandis, & applicandis inhiben. inobedientes quoslibet censuras, & pœnas ipsas incurrisse declarandi, illoque etiam iteratis vicibus aggravandi, auxiliumque brachii secularis, si opus erit invocandi, seu causas ipsas alia, vel aliis personis idoneis in ecclesiastica dignitate Constitutis modo, & forma præmissis, ac cum simili, vel limitata potestate præterquam in eadem prima instantia ut supra pariter audien. & terminandas delegandi plenam, & liberam facultatem, potestatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

§.3. Volumus autem, quod de fructibus, redditibus, proventibus, Juribus, obventionibus, annatis, spoliis, omnibusque aliis bonis quibuscumque ad Ecclesiam Romanam, & Camera prædictas quomodolibet etiam Jure Annatarum per obitum, quorumcumque etiam S. R. E. Cardinalium, vel aliàs spectant. ipsi Camera persolvere, ultra biennii dilationem dare nequeas, & quod in singulis Civitatibus, & Diocesis intra Collectorem tuam hujusmodi consistentibus, etiam si sint ample, & diffusa, ultra unum Subcollectorem non deputes, & omnium Subcollectorum, quos te deputare contigerit nomina, & cognomina, cum illos deputaveris Nobis, seu Camerario nostro prædicto clare, & distincte transmittas, quodque saltem singulis bienniis de perceptis, & gestis per hujusmodi Collectoris Officiales rationes, & computa reddere, necnon quidquid, se de præmissis recipere contigerit per literas cambii, vel alium

Leges nonnullas adde per Collectores servandas.

alium modum Nobis, aut dicto Camerario nostro, seu personæ a Depositario generali nostro electæ, & a Camera approbatae quantocius poteris, mittere non postponas.

Controversiarum, quas ratione spoliis contingerit Judicem designat.

§.4. Et insuper, ut exequutio spoliarum, aut fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi celerius, & facilius fiat, quod de cætero omnes, & singule lites, causæ, & controversiæ, tam super quibuscumque ipsorum spoliarum, ac fructuum, reddituum, proventuum, obventionum, responsionum, & debitorum, etiam ratione dictarum Annatarum, & aliarum quarumcumque prætensionum ad Ecclesiam prædictam spectant, quam etiam super exemptionibus, immunitatibus, & prærogativis, ac libertatibus, & aliis negociis personarum Subcollectorum concernent., & quomodolibet tangen. nunc, & pro tempore pendem. a nullo alio, quam a te in prædictis Principatu, & Comitibus, seu aliis super dictis spoliis, ac fructibus, redditibus, & proventibus pro tempore deputatis Collectoribus, Subcollectoribus, aut particularibus delegatis cognosci, nec alteri, nisi per Commissionem manu nostra signatam, vel per nostras literas committiti, aut delegari possint, aut citato moderno, & pro tempore existente dictæ Camere Apostolicæ Commissario generali, quodque commissiones, inhibitiones, & mandata, quæ aliàs, quam ex commissionibus, ut præfertur manu nostra signatis, eodem Commissario citato, emanaverint, quoad earum causarum introductionem, lites pendentes, seu tuorum ministrorum per te, ad id deputandum jurisdictionis, & processum impedimentum, & retardationem nullius sint roboris, vel momenti, quodque a Sententiis per te, aut tuos ministros prædictos, tam super prædictis negociis spoliarum, fructuum, reddituum, proventuum, obventionum, responsionum, & debitorum, etiam ratione dictarum Annatarum, & aliarum quarumcumque prætensionum ad Ecclesiam prædictam spectant., quam etiam super immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, & libertatibus, ac aliis negociis personas Subcollectorum concernent., & quomodolibet tangen. pro tempore latis, nullatenus possint, aut debeant appellari, seu earum exequutio differri, aut suspendi, nisi facto prius per Condemnatos rerum, de quibus condemnati fuerint in suis, vel prædictorum suorum manibus actuali deposito dicta auctoritate per præsentem statuimus, & ordinamus. Dan. tes, & concedentes tibi private quoad omnes, & quoscumque alios plenam liberam, & omnimodam, amplissimamque facultatem, potestatem, & auctoritatem in dictis causis spoliarum, & aliorum prædictorum, ut supra in eisdem Principatu, & Comitibus, ac illa, vel officium tuum quomodolibet concernent., & ad ea spectant. etiam summarie, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura judicii, etiam absque ulla terminorum, etiam substan-

Bull. Rom. Tom. I. l. Par. II.

tialium observatione, & alia sola facti veritate inspecta, & manu regia, omnique, & quæcumque appellatione profus cessante, & remota procedendi, tam civiliter, quam criminaliter, ac mixtim, & in omnibus decidendi, prout juris communis, seu particularium nostrorum Prædecessorum, ac nostrarum Constitutionum fuerit, aut Jus ipsum exegerit.

§.5. Præcipientes quoque, & districtius inhibentes Apostolicæ Sedis auctoritate omnibus, & singulis Principatus, & Comitatum, ac Civitatum, Oppidorum, & locorum eorumdem Gubernatoribus, Consiliis, Rectoribus, Correctoribus, Regentibus, Locumtenentibus, & aliis Officialibus, etiam Alcalis, ac aliis quomodolibet nuncupatis, necnon Cancellariis, Audientis, Tribunalibus, ac Notariis, cæterisque Judicibus, & personis ecclesiasticis, & secularibus quamcumque jurisdictionem per se, vel collegialiter, & in communi, aut aliàs quomodolibet exercent. cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, ac etiam Episcopali, Archiepiscopali Cardinalatus, Regia, ac quavis alia dignitate, & auctoritate fungent., & functuris, sub excommunicationis, & aliis arbitrio nostro infligendis, ne in vim quorumcumque, & qualicumque privilegiorum, exemptionum, & Indultorum tam apostolica, quam quacumque alia auctoritate pro tempore concessorum, & in futurum conceden. vel quovis alio prætextu, aut quæsto colore, causaque, & occasione undecumque quæ sita per se, vel alium, seu alios publice, vel occulte, directe, vel indirecte, sese in spoliis prædictis, vel quoscumque illorum, ac rebus, & causis ab ea quomodolibet spectant., & eo nomine venien., necnon pecuniis, & pecuniarum summis, ad Camera prædictam quomodolibet obvenien. earumque exactione, & recuperatione immiscere, ac ingerere, aut te, vel Ministros tuos quoscumque in officio Collectoris hujusmodi, ejusque libero exercitio, jurisdictione, necnon litium, & causarum prædictarum cognitione, ac sententiarum, & mandatorum tuorum, aliorumque desuper a te, vel tuis Commissariis, & Ministris ordinandorum, & decernendorum exemptione, aut quibuscumque aliis ipsum tuum officium quomodolibet concernent. contra præsentium tenorem molestare, perturbare, inquietare, vel impedire, aut ut molesteris, vel impediaris, seu tui molestentur, aut impediantur per aliquem procurare, necnon Notariis, & Officialibus cujuscumque Curia, Cancellaria, Consilii, Audientie, Tribunalis, Gubernii, Collegii, Universitatis, Civitatis, & loci dictorum Principatus, & Comitatum, ne processus aliquos, seu mandata, monitoria, inhibitiones, provisiones, ac quascumque, & qualescumque aliàs scripturas, per quas, & quæ, ac quarum vigore, seu prætextu tuum hujusmodi exercitium, ac jurisdictionem, & facultas tibi per

Et obedi man dat.

T t

Nos

De non recipiendis pecuniis pro Missis celebrandis in Provincia Reformata Fratrum Minorum de Observantia Vallis Mazzaræ in Sicilia.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. CUM sicut accepimus, in Provincia Reformata Vallis de Mazzarâ nuncupata Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia semper servatum fuerit, ut nullæ pro celebrandis Missis pecuniæ recipiantur, sed Missæ gratis pro benefactoribus juxta intentionem Superioris applicentur, nonnulli vero laudabilem usum, & observantiam hujusmodi immutare, & invertere nitantur.

§.2. Nos omnem turpis questus materiam ab illis, qui perfectam paupertatem profitentur, in re præsertim adeo sacra, e medio tollere pro pastoralis sollicitudine volentes, ne de cætero perpetuis futuris temporibus in Provincia prædicta ultra omnino pecuniæ pro Missis celebrandis exigantur, nec etiâ sponte oblatæ recipiantur, sed Missæ gratis, ut consuevit, celebrentur, sub vocis activæ, ac quoad Superiores etiam suorum officiorum, privationis poena eo ipso, absque alia declaratione incurrenda, auctoritate apostolica præsentium tenore interdiximus, et prohibemus.

§.3. Decernentes irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provincie hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore mansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 28. Maii 1642. Pontificatus nostri Anno XIX.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 15. Maii 1642. Pontificatus nostri Anno XIX.

Motiva.

Prohibitio, de qua in Rubr.

Decretum irritans.

Contrarij derogat.

Datum die 28. Maii 1642. An. XIX.

Confir-

Classulas ad-

Derogat ob-

Juramentum ab eo præ-

Datum die 15. Maii 1642. An. XIX.

Confirmantur privilegia Universitati Hæbreorum, Turcarum, Græcorum, & aliorum Mercatorum in Civitate Anconitana commorantium concessa.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. CUM sicut Universitas Hæbreorum, Turcarum, & Græcorum, aliorumque Mercatorum Nationis Orientalis in Civitate nostra Anconitana commorantium Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi varia privilegia, sibi a diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessa, & respective confirmata pro illorum firmiori subsistentia, et validitate apostolica confirmationis robore communiti summopere desiderarent.

§.2. Nos eandem Universitatem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, privilegia prædicta, dummodo tamen in usu, ac licita sint, & honesta, & non sint revocata, nec super aliquibus revocationibus comprehensa, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, debitæque Nobis, & Apostolicæ Sedi fidelitati, & obedientiæ non adferantur, ac contra libertatem ecclesiasticam non tendant apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.3. Decernentes illa, necnon præsentem Literas semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum pro tempore quomodolibet spectabit inviolabiliter observari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facien. non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 2. Junii 1642. Pontificatus nostri Anno Decimonono.

Datum die 2. Junii 1642. An. XIX.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

Declaratio nullitatis Capitulationum inter Capitulum Colonien., seu cum Maximiliano Henrico ex Ducibus Bavarie factarum occasione Coadjutorie Ecclesie Colonien.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. CUM Nos hodie dilectum filium Maximilianum Henricum ex Ducibus Bavarie Canonicum Colonien. in vigesimo primo sue ætatis anno, & ex dispensatione apostolica in Sacro Subdiaconatus ordine constitutum, fidei que catholicam juxta articulos prædicte a Sede Apostolica propositos expresse professum, & cum quo tunc decimumseptimum sue ætatis annum dumtaxat agente, ut ad quædam Episcopalis, & Archiepiscopalis dignitates, quantumvis Cathedralium, & Metropolitanarum Ecclesiarum eligi, & postulari posset, auctoritate apostolica dispensavimus, Venerabili Fratri Ferdinando Archiepiscopo Colonien. Sacri Romani Imperii Principi Electori Coadjutorem, perpetuum, & irrevocabilem in regimine, & administratione Ecclesie Colonien. cum futura in ea successione, attento consensu dilectorum filiorum Capituli dictæ Ecclesie, ad quos electio personæ idoneæ in Archiepiscopum Colonien. dum ipsa Ecclesia pro tempore vacat, per Romanum Pontificem pro tempore existentem ad electionem hujusmodi præficiendæ juxta concordatam dudum inter Sedem Apostolicam, & inclitam Nationem Germanicam inita spectat, & pertinet, desuper præfinito, & per Nos ex voto etiam Congregationis Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium rebus concistorialibus præpositorum, quibus negotium hujusmodi ante examinandum commissimus, & de consilio etiam Ven. Fratrum nostrorum aliorum ejusdem S. R. E. Cardinalium admisso, auctoritate apostolica, expresse etiam dicti Ferdinandi Archiepiscopi, & Electoris ad hoc accedente consensu constituere, & deputare de similibus, voto, & consilio intendamus, prout in nostris desuper sub plumbo expediendis literis latius explicabitur.

§.2. Sicut autem Nobis innotuit occasione Constitutionis, & deputationis ejusdem Maximiliani Henrici in Coadjutorem hujusmodi, seu consensus dicti Capituli ad id, ut præfertur, præfinito, quædam Capitulationes inter ipsos Capitulares, seu cum eodem Maximiliano Henrico factæ, & ab eo subscriptæ, & juratæ fuerint.

§.3. Hinc est, quod Nos, sine quorum auctoritate nihil omnino in similibus negotiis pacisci fas est, ne ex Capitulationibus hujusmodi, licet ob licentiæ apostolicæ defectum ipso jure nullis, & invalidis, aliquid cuiquam jus acquisitum, aut dictæ Ecclesie, illiusque Præfulti, seu Coadjut-

Ex Regest. in Secretis. Brevis.

Maximilianus Bavarus Coadjutor deputatus Archiepiscopus Colonien.

Nullitas Capitulationis sine beneplacito Apostolico subscriptæ.

Est irritæ Pontificæ.

T 12 ri,